



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Sanctos Mensivm Septembris Et Octobris

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10262**

De S. Malcho monacho captiuo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77413](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77413)

# VITA MALCHI MONACHI CAPTIVI PER D.

HIERONYMVM PRESBYTERVM SCRIPTA: QVAM D.

*Hilarionis subiunxit, non quod Malchi obitus in hunc diem incidat,  
sed propter authorem, cuius Hilarioni Malchum libuit adiungere, quod certus obitus eius dies ignoretur.*



VI nauali prælio dimicaturi sunt, antè in portu & in trans- Cap. 1.  
quillo mari flectunt gubernacula, remos trahunt, ferreas manus & vncos preparant, dispositumq; per tabulata militem, pendente gradu, & labente vestigio, stare firmiter cōfuescunt, vt quod in simulacro pugnæ didicerint, in vero certamine non perhorrescant. Ita & ego, qui diu tacui, (silere quippè me fecit, cui meus sermo supplicium est) prius exerceri cupio in paruo opere, & veluti quandā rubiginem lingua abstergere, vt venire possim ad latiorem historiam. Scribere enim disposui (si tamen vitam Domini Ecclesiastis & inclusum persecuti desierint) ab aduentu Salvatoris usq; ad nostram ætatem, id est, se scripturā ab Apostolis usque ad nostri temporis faciem, quomodo & per quos Christi Ecclesia Hieronymata sit, & adulta, persecutionibus creuerit, martyris coronata sit: Et postquam ad Christianos principes venit, potentia quidem & diutius maior, sed virtutibus minor facta sit. Verum hac alias: nunc, quod imminet, explicemus.

Maronia triginta fermè millibus ab Antiochia urbe Syriae, haud grandis ad Orientem distat viculus. Hic post multos vel dominos, vel patronos, dum ego adolescentulus morarer in Syria, ad papæ Euagrij, necessarij mei possessionē deuolutus est. quem idcirco nunc nominaui, vt ostenderem, vnde nō sem, quod scripturus sum. Erat igitur illic quidam senex, nomine Malchus, quem nos Latinè Regem possumus dicere, Syrus natione & lingua, & reuerà εὐλόγον. Anus quoq; in eius contubernio valde de- Cap. 2.  
crepita, & iam morti proxima videbatur: tam studiosè ambo religiosi, & sic ecclesia indigena. limen terentes, vt Zachariam & Helizabeth de Euangeliō crederes, nisi quod Iohan- Luc. 1.  
nes in medio non erat. De his cùm curiosè ab accolis quererē, quānam esset eorum copula matrimonij, sanguinis, an spiritus, omnes voce consona, sanctos & Deo placi-  
tos, & mira nescio quae respōdebant. Qua cupiditate ille claus, adorsus sum hominem, & curiosius sciscitans rerum fidem, hæc ab eo accepi:

Ego, inquit, mihi natus, Maroni agelli colonus, sed solus parentibus fui. Qui cùm Cap. 3.  
me quasi stirpem generis sui, & heredem familie ad nuptias cogerent, monachū po- Malchus fu-  
tiū me velle esse respondi. Quantis pater minis, quantis mater blanditijs persecuti git parētes,  
sint, vt pudicitiam proderem, hec res sola indicio est, quod & domum & parentes fu- ne cogatur  
gi. Et qui ad Orientem ire non poteram, propter vicinam Persidem, & Romanorum vxorem du-  
militum custodiā, ad Occidentem verti pedes, paucillulū nescio quid portans via-  
tici, quod me ab inopia tantum defensaret. Quid multa? Pernéni tandem ad eremum Chalcidos, quæ inter Immam & Essam magis ad Austrum sita est. Ibi repertis mona- Cap. 4.  
chis, eorum me magisterio tradidi, manuum labore vietum queritans, lasciviamque fit mona-  
carnis refrenans ieunijs.

Post multos annos, incidit mihi desiderium, vt ad patriam pergerem, & dum adhuc vivicer mater, (iam enim patrem mortuum audierā) solarer viduitatem eius, & exinde venundata possiūcula, partem erogarē pauperibus, partem monasterio cōstituere. quid erubesco confiteri infidelitatem meā: partem in sumptuū meorum solatia reseruarem. Clamare coepit Abbas meus, diaboli esse tentationē, & sub honestę rei occasione, latere antiqui hostis insidias. Hoc esse, reuerti canem ad vomitū suum. 2. Pet. 2.

Sic multos monachū esse deceptos: nunquam diabolum aperta frōte se prodere. Proponebat mihi exempla de scripturis plurima: inter quæ illud. q; initio Adā quoq; Gen. 3.  
& Euam spē diuinitatis supplauerit. Et cùm persuadere non posset, prouolutus genib; obsecrabat nē se desererē, nē me perderem, nec aratrum tenens, post tergū re- Luc. 9.  
spicerem. Væ misero mihi: vici monitorē pessima victoria, putans illū nō meam salu- Nota q; etiā  
tem, sed suū solatiū querere. Prosequutus ergò me de monasterio, quasi funus effe- olim nefas  
ret, & ad extremū valedicens: Video, ait, te fili satanæ cauterio notatum: non quaro monachum  
causas,

causas, excusationes non recipio. Ouis quæ de onilibus egreditur, lupi statim moribus patet.

Cap. 5.

De Berrhoea ad Essam pergetibus, vicina est publico itineri solitudo, per quam Saraceni incertis sedibus huc atque illuc semper vagantur. Quæ suspicio frequentiam in illis locis viatorum congregat, ut imminens periculum auxilio mutuo declinetur. Erant in comitatu meo viri, foeminae, senes, iuuenes, paruuli, numero circiter septuaginta. Et ecce subito equorum camelorumque seffores Isina clite irruunt, crinitis vittatisq; capitis, ac seminudo corpore, pallia & latus caligas trahentes: pendeant ex humero pharetrae: laxos arcus vibrantes, hastilia longa portabant. Non enim ad pugnandum, sed ad prædam venerant. Rapimur, dispergimur, in diuersa trahimur.

Malchus cap.  
pitur ab II  
maclitis.

Cogitur  
oues paſce-  
re.  
Gen. 29.  
Exod. 3.

Ego interim longo postliminio hereditarius possessor, & sero mei consilij pœnitēs, cum altera muliercula in vnius heri seruitutem sortitus venio. Ducimur, immo portamur sublimes in camelis, & per vastam eremum semper ruinam timentes, pendumus potius, quam sedemus. Carnes semicrudæ, cibus: & lac camelorum, potus erat. Tandem grandi amne transmisso, peruenimus ad interiorem solitudinem, ubi dominam liberosque ex more gentis adorare inssi, ceruices fletimur. Hic quasi clausus carcere, mutato habitu, id est, nudus ambulare disco. Nam aëris quoq; intemperies, nihil aliud præter pudenda velari patiebatur. Traduntur mihi pascendæ oues, & in malorum comparatione hoc fruor folatio, quod dominos meos & conseruos rarius video. Videbar mihi aliquid habere sancti Iacob. Recordabar Moysi, qui & ipsi in eremo quondam fuere pastores. Vescebar recenti caseo & lacte. Orabam iugiter, canebam psalmos, quos in monasterio didiceram. Delebat me captiuitas mea. Agebamque Dei iudicio gratias, quod monachum, quem in patria fueram perditurus, in eremo inuenieram.

Cap. 6.

Ephes. 6.

Heres eius  
cōpellit eū  
vxore duce-  
re.

Cap. 7.  
Ecce quātis  
piculis expo-  
bantur qui  
sua monaste-  
ria deserūt.

Vult se in-  
terficiere, nō  
prodat pu-  
dicitiam.

Cap. 8.

Castæ viuit  
cū sua con-  
iuge.

O nihil vñquam tutum apud diabolū. O multiplices & ineffabiles eius insidiae. Sic quoq; latenter me inuenit inuidia. Dominus videns gregem suum crescere, nihilq; in me depræhendens fraudulentie (sciebam enim Apostolum præcepisse, dominis sic quasi Deo fideliter seruiendum) & volens me remunerare, quod fidum sibi magis faceret, tradidit mihi illam conseruam meam, aliquando captiuam. Et cum ego refutarem, diceremq; me Christianum, nec licere mihi vxorem viuentis mariti accipere, (siquidem captus nobiscū vir eius, ab alio domino fuerat abductus) rursus ferus ille & implacabilis in furorē versus, euaginato me coepit petere gladio. Et nisi confestim brachia tendens, mulierem præoccupasse, illico fudisset sanguinem.

Iam igitur venerat tenebrosior solito, & mihi nimis matura nox: Duco in speluncam semirutam, nouam cōiugem: & pronubante nobis inœstitia, vterq; detestamur alterum, nec fatemur. Tunc verè sensi captiuitatem meam, prostratusq; humili, monachum coepi plangere, quem perdeba, dicens: Hūcine miser seruatus sum? Ad hoc mea scelera perduxerunt, vt in canescente iam capite virgo, maritus fierem? Quid prodest, parentes, patriam, rem familiarem contempnisse pro Domino, si hoc facio, quod nō facerem, illa contempsi: nisi quod fortè pròpterea hæc sustineo, quia patriam desiderau? Quid agimus anima? perimus, an vincimus? Expectamus manum Domini, an proprio mucrone confodimur? Verte in te gladium: tua magis mors timenda est, quam corporis. Habet & seruata pudicitia suum martyrium: iaceat infelix Christi testis in eremo: ipse mihi ero persecutor & martyr. Sic fatus, eduxi in tenebris quoquæ micantem gladium, & acumine contra me verso: Vale, inquam, infelix mulier: habeto me martyrem potius, quam maritum.

Tunc illa pedibus meis prouoluta: Precor te, inquit, per Iesum Christum, & per huius horæ necessitatem adiuro, nō effundas sanguinem tuum in crimen meum. Vel si mori placeret, in me primùm verte mucronem: Sic nobis potius coniungamur. Etiamsi vir meus ad me rediret, seruarem castitatem, quam me captiuas docuit: vel in terirem potius, quam perderem. Cur moreris, nō mihi iungaris? Ego morerer, si mihi iungi velles. Habeto me ergo coniugem pudicitæ, & magis animæ copulam amato, quam corporis. Sperent domini maritum, Christus nōuerit fratrem. Facile suadebimus nuptias, cum nos viderint sic amare. Fateor, inquit, ob stupui, & admiratus virtutem foeminae, coniugem plus amavi. Nunquam tamen illius nudum corpus intuitus sum: nunquam eius carnem attigi, timens in pace perdere, quod in prælio seruaueram.

Cap. 9.

Transiunt in tali matrimonio dies plurimi: amabiliores nos dominis fecerant nuptiæ.

nuptiæ Nulla fugæ suspicio: interdum & mense toto aberam fidus gregis pastor per solitudinem. Post grande interuallum, dum solus in eremo sedeo, & præter cælum terramq; nihil video, cœpi mecum tacitus völere, & inter multa, cōtubernij quoq; monachorum recordari, maximeq; vultum patris mei, qui me erudicerat, tenuerat, perdideratque. Sicque cogitās, adspicio formicarum gregem angusto calle feruere, Formicarū ferre onera maiora, quam corpora. Aliæ herbarum quædam semina forcipe oris tra-  
depingitur hebant, aliæ egerebant humū de foueis, & aquarum meatus aggeribus excludebant. mira indu-  
illa, venturæ hyemis memores, nè madefacta humus in herbam horrea verteret, illa-  
ta semina præcidebant. Hæ luctu celebri corpora defuncta deportabant. Quodque  
magis mirū est, in tanto agmine egrediens nō obstatab intranti: quin potius si quam  
vidissent sub fasce & onore concidisse, suppositis humeris adiuuabant. Quid multa?  
Pulchrum mihi spectaculum dies illa præbuit. Vndē recordatus Salomonis, ad for- Prou. 16.  
micarum solertiam nos mittentis, & pigras mentes tali exemplo suscitantis, cœpi te-  
dere captiuitatis, & monasterij cellulas quærere, ac formicarum illarum similitudi-  
nem desiderare, vbi laboratur in medium: cumq; nihil cuiusquam proprium sit,  
omnium omnia sunt.

Regresso ad cubile occurrit mulier: tristitiam animi vultu dissimulare non potui. Cap. 10.  
Rogat, cur ita examinatus sim. Audit causas, hortatur fugam. Peto silentij fidem, non  
aspernatur: & iugis fusurro inter spem & metum medijs fluctuamus. Erant mihi in gre-  
ge duo hirci miræ magnitudinis. Quibus occisis, vtres facio, eorumq; carnes viatico Malchus fu-  
præparo. Et primo vesperi, putantibus dominis nos secretò cubitare, inuadimus iter, inuadimus iter,  
vtrs & partes carnium portantes. Cumque peruenissimus ad fluuim, (nam decem  
millibus aberat) inflatis consensisq; vtribus, aquis nos credimus, paulatim pedibus  
subremigantes, vt deorsum nos flumine deferente, & multo longius, quam consen-  
deramus, in alteram nos exponente ripam, vestigium sequentes perderent. Sed inter  
hæc madefactæ carnes, & ex parte lapsæ, vix tridui cibum pollicebatur. Bibimus vsq;  
ad satietatem, futuræ nos siti præparantes. Currimus, post tergū semper adspicimus,  
& magis noctibus promouemus, quam diebus: vel propter insidias latè vagantium  
Saracenorum, vel propter ardorem solis nimium.

Pauesco miser etiam referens, etsi tota mente securus, toto tamen corpore per- Cap. II.  
horresco. Post diem verò tertium, dubio prospectu procùl adspicimus duos camelis Dominus  
infidentes venire concitos. Statimq; mens mali præsaga, putare cœpit dominum in specu in se-  
meditari mortem, solem cernere nigrescentem. Dumq; timemus, & vestigijs per are- quirur, vt  
nas nos proditos intelligimus, offertur ad dexteram specus, longè sub terram pene-  
trans. Igitur timentes venenata animalia, (nam solent viperæ, reguli & scorpiones,  
cæteraque huiuscmodi, furorem solis declinantia, umbras petere) intrauimus qui-  
dem speluncam, sed statim in ipso introitu sinistræ nos fouæ credimus, nequaquam  
vitæ progradientes, nè dum mortem fugimus, incurramus in mortem: Illudq; no-  
bis cum reputantes. Si iuuat Dominus miseros, habemus salutem: si despici pecca-  
tores, habemus sepulcrum. Quid putas fuisse nobis animi, quid terroris, cùm ante  
specum haud procùl starent dominus & conseruus, & vestigio indice iam ad latebras  
peruenissent? O multo grauior expectata, quam illata, mors. Rursus cum timore &  
labore lingua balbūtit, & quasi clamante domino, mutire non audeo. Mittit seruum,  
vt nos de specu trahat: ipse camelos tenet, & euaginato gladio, nostrum expectat ad-  
uentum.

Interea tribus fermè vel quatuor cubitis introgresso famulo, nobis ex occulto ter- Cap. II.  
gum eius vidētibus, (nam oculorū istiusmodi natura est, vt post solem umbras intran-  
tibus, cæca sint omnia) vox per antrum sonat: Exite furciferi, exite morituri. Quid sta-  
tis? Quid moramini? Exite. Dominus vocat, patienter expectat. Adhuc loquebatur, & A leæna pfo  
ecce per tenebras adspicimus leænam in ualisse hominē, & gutture suffocato, cruen- catur seruus  
tum intrò trahere. Iesu bone, quid tūc terroris nobis, quid gaudij fuit? Spectabamus, heri eos p-  
domino nefcente, hostem nostrum perire. Qui cùm videret illum moras facere, su- sequentis.  
spicatus est duos vni resistere. Sed & iram differre non valens, sicut tenebat gladium, Item herus  
ad speluncam venit, & furore rabido seruus increpans vecordiam, prius à fera tenetur, ipse.  
quam ad nostras latebras perueniret. Quis hoc vñquam crederet, vt ante os nostrū,  
bestia pro nobis dimicaret? Sublato autē illo metu, similis ante oculos nostros ver-  
batur interitus, nisi q; tutius erat rabiem leonis, quam iram hominis sustinere. Pau-  
mus intrinsecus, & ne mouere quidem nos ausi, præstolabamur euentum rei, inter  
P p p p tanta

**M**alchus cū tanta pericula, pudicitia tantum conscientia pro muro septi. Lexana insidias cauens, cōiuge me- & visam esse se sentiens, appræhensos mordicūs catulos effert, nobisq; cedit hospiti- rito pudici- tię seruat- um. Neq; tamen satis creduli, statim erūpimus: sed expectantes diū, & egredi cogi- illas.

tantes, illius nobis figurabamus occursum.

Sublato ergo horrore, & illa transacta die, egredimur ad vesperam, vidimusq; camelos, quos ob nimiam velocitatem dromedarios vocant, præteritos cibos in ore Ascensis ca- melis reuer- annona refocillati, decima tādēm die ad Romāna per desertum castra venimus. Ob- titur ad suū monasteriū latiū tribuno, rem ordine pandimus: indē transmissi ad Sabinum Mesopotamia du- cem, camelorum precium accepimus. Et quia iam abbas ille natus dormierat in Do- mino, ad hāc delatus loca, ne monachis reddo, hanc trado virginibus, diligens eam vt fororem, non tamen ei me credens vt forori.

Hæc mihi senex Malchus adolescentulo retulit. Hæc ego vobis narrai senex, & ca- fisi historiam castitatis expono. Virgines castitatem custodire exhortor. Vos narrate posteris, vt sciant inter gladios & inter deserta & bestias, pudicitiam nunquām esse captiuam: & hominem Christo deditum, posse mori, non posse superari.

ILLVSTRE MARTYRIVM SANCTISSIMÆ VIR-  
GINIS VRSVLAE, ET VNDECIM MILLIVM VIRGI-  
num, quemadmodum in perpetuiss MS. codicibus extat: incerto quidem,  
sed docto Authore, eoque non sane recenti, sed antiquo.

Octobr. 21.  
Cap. 1.  
Psal. 18.  
Psal. 107.  
Deonotus  
Rex.

Ducit vxo-  
rem.

I. Cor. 2.

Cap. 2.

I. Reg. 17.  
Rom. 8.

Psal. 44.

Ibidem.

Cap. 3.



EGNANTE Domino nostro Iesu Christo, cūm post pa-  
fionem, ascensionem & resurrectionē eius, conuersis ad  
Deum cunctis finibus terra, nec Oceani angulus aliquis  
sc̄a calore fidei eius absconderet, in conuentendo popu-  
los in vnum & Reges, vt seruirent Domino, sicut in Britan-  
nia partibus Rex quidam Deonotus, tam vita, quām no-  
mine, qui religiosus in omnibus cæremonijs catholicæ  
professionis, sic principari nouit supra homines, vt nō ob-  
liuisceretur, qualem creatori suo subiectionem deberet;  
sic à subditis tributum exigeret, vt semper se meminerit  
Regi suo cælesti id, quod ab eo factus est, debere. Is ergo  
cūm sub iugo Christi, sub quo ipse irrepræhensibiliter militauerat, alijs irrepræhensibi-  
litter & iustissimē imperaret, in benedictione seminis Abrahæ tā generositate, quām  
virtutum specie competentem sibi accepit vxorem. Sed sicut in vasis iræ duplice con-  
tritione feriēdis, ira iustitiae Dei hīc inchoat, vt ea in iudicio irreparabiliter disperdat:  
ita misericordia eius diligentibus se plerunq; etiam in hoc seculo diuitias bonitatis  
sua concedit pragustare, vt inenarrabilē illam gloriam, quam nec oculus vidit, nec  
auris audiuit; nec in cor hominis ascendit, cum patientia discant expectare.

Itaque cūm summa spe vtriusq; parentis sexus virilis expectaretur, qui terreni re-  
gni sui successor existeret, prouida Dei misericordia, quæ etiam vota nouit excedere,  
dedit eis prolem foemineam, quæ plusquam virili animo ad regni cælestis hæredita-  
tem eos præcederet, eisque succendentibus bona sine fine mansura præpararet. Hæc  
itaque quia exemplo David immanem vrsum, scilicet diabolum, quandoq; suffo ca-  
tura erat, Deo disponēte, (qui, quos prædestinat, vocat) à parentibus illi in baptisma-  
te præfigum nomen Ursula inditum est. Quæ cūm, vt regiam prolē decuit, regali am-  
bitione educata, naturalibus incrementis proficeret, teneros ætatis annos moruna  
coepit maturitate præcedere, & cui iam tum mundus viluerat, Euangelicis imbu-  
ta præceptis, in lege Domini die ac nocte meditabatur: & quia ad spiritualem sponsi sui  
thalamum corde & animo suspirauit, omnis compositio eius & gloria, non deforis,  
sed deintus fuit: vi iam tum liquido cunctis daretur aduerrere, quod ad magnum ali-  
quem Ecclesiæ ornatum, summus ille artifex margaritum hoc vellet exploire, ac si ei  
iam tum patenter dixisset: Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, quia concupiuit  
Rex speciem tuam.

Præter has aliasq; spiritualis gratiæ dotes, erat etiam incomparabilis formæ & mi-  
ra pulchritudinis, & omnium oculis gratiola. Sed virgo sola, quæ Domini erant,  
cogi-